



DISSERTATIO

DE ITINERE ROMANO S. PETRI ad 1. Petri 5. 13.

Petrum Romæ fuisse, unde utramque suam Epistolam scripserit, ibique Ecclesiam erexisse, erectæ præfuisse, Romam denique Babylonis nomine designasse iis verbis

21. Petri 5. 13. (a): Salutatio vos Ecclesia, quæ est in Babylone collecta, usque ad decimum sextum Ecclesiæ sæculum omnibus persuasum fuit. Ex his, & iis, quæ S. Petro Christus sponderat, factum est, ut omnes omnino Fidelium Provinciæ Romam Ecclesiarum principem, & unitatis centrum, supremæque Pontifices, Petri successores, visibiles gregis Christi Pastores esse, certò semper agnoverint. Qui præ cæteris Sanctæ Sedi adversari suere, eò nunquam venerunt, ut primam Romæ dignitatem eriperent. Ethnici ipsi unanimi omnium voce, & studiosissimo erga ipsam Fidelium cultu factis persuasi, Mundi Christiani Metropolim, principis Dignitatis, & autoritatis Sedem ducebant, neminemque extra ejus communionem verè Christianum, aut Catholicum se profiteri posse fatebantur. Tertullianus jam Montanista, titulum illum Romano Pontifici à Catholicis collatum irridet: Episcopus Episcoporum & Pontifex supremus (b). Ammianus Marcellinus Ethnicus Author, præcipuam inter Catholicos apud Episcopum Romanum auctoritatem agnoscat (c).

b Tertull. de Pudicitia c. 13.
c Ammian. Marcell. l. 15. c. 7.

Postquam postremæ Ecclesiam invaserunt hæreses, deque his dotibus cum Romana Ecclesia & de suo Primatu cum Pontifice ceptum est certamen; an Petrus Romam venerit, sedemque ibi suam constituerit, dubitatum est. Novatores sententiam suam defensori, Babylonis nomen, de quo in primâ Petri, Romæ urbem designasse negaverunt, de verâ Babylone accipiendum statuentes. Cum verò plures Urbes eo nomine appellerentur, Protestantæ Authores ad hanc usque diem in diversa distrahantur; alii enim celeberrimam Babylonem secus Euphratem in Chaldaâ; alii Babylone in Ægypti Petri verbis designatam ferunt, per quam eundem Petrum, postquam Alexandriæ Ecclesiam constituerat, transisse defendunt.

De hac quæstione, de qua plurimæ plures, ordine acturi, quædam primùm statuemus, quibus huic quæstioni ritè applicatis, Petrum se Romam contulisse,

ex veteribus quæ extant monumentis demonstrabimus, adversariorum simul argumenta evertentes.

I. Rem quandam historicam, quam vel coævus, vel fermè coævus clari nominis, & integræ fidei Author refert, nisi à vestigiis altero, vel peritiori improbetur, Critici omnes certam tenent.

II. Factum publicum, cui Fideles omnes, imò & Hæretici, & Schismatici per sæcula quindecim fidem adhibuerint, pro certo habendum est, etiam si præter hanc traditionem, & consensum, nihil ei optuletur, tum præsertim, cum Libros perisse constat, & monumenta plurima, in quibus fortè id expressè doceretur.

III. In materiâ facti non modò Libris & Scriptis, sed publicis etiam monumentis, sepulchris erectis, Templis constructis, diplomatibus, Bonis, & privilegiis in quædam loca, quosdam populos, quasdam Communitates collatis, fides est adhibenda. Hæc enim omnia certam rei auctoritatem adjungunt.

IV. Jus Gentium, ut ita dicam, publicam fidem exposcit, ut cuilibet Urbi de iis, quæ ad ejus historias & jura pertinent, deferatur. Quis enim perfectius rem calleat? cujus rem tutius servare interstet?

V. Demum, ut factum Historicis coævus seu fermè coævus probatum, consensui unanimi, & vetustissimæ tot sæculorum traditioni, innumeris publicis monumentis, sepulchris, ædificiis, privilegiis, & omnium denique fidei innixum evertatur, infirma corrumpantur quælibet argumenta, nisi historica, penè dixerim, demonstrationes afferantur.

Iter itaque, quo S. Petrus Romam profectus est, inter facta ejusmodi est recensendum. Ejus enim mentio apud Papiam S. Joannis Evangelistæ Discipulum, apud Clementem Alexandrinum, Origenem, Tertullianum, & secundi, tertii, & sequentium sæculorum alios innumeros, imò & apud ipsos Ecclesiæ hostes, qui S. Petrum Romam profectum enunciant. Vetustissima plura monumenta, quæ adhuc Romæ extant, Petrum Romæ mortuum testantur. Apostolorum sepulchra, eorum martyrii locus, Tempora eorum nomini erecta vel à primis Ecclesiæ sæculis Romæ ostendebantur. Romani Pontifices à SS. Petro & Paulo ad hanc usque diem prin.

principem in Ecclesiâ dignitatem, & cæteras ei connexas prerogativas obtinere. Is Primatus, eorum hæreditas; hunc tenentur; hunc & documentis & juribus defendunt. Nullo igitur jure factum hujusmodi revocari potest in dubium, nisi saltem valida, convincentia, & certa aded proferantur argumenta, ut allata omnia principia sibi prorsus faventia præferant.

Ad Romani S. Petri itineris argumentum, ipsum S. Petri producendum esset testimonium, quo se Epistolam dedisse afferit Babylone, nempe Romæ, ut Veteres omnes interpretantur. Hoc planè factis, ut omnem prorsus difficultatem evertat. Cum verò eâ de explicatione discrimen fuerit inventum, ab eadem afferendâ abstinemus, non enim quidquid ab adversariis objicitur, adhuc retudimus. Apostolus, inquit, se Babylone scripsisse expressè asserit: cur ejus verba sint allegoricè recipienda? An Epistolæ, quæ stylo simplici & naturali scribuntur, quemadmodum hanc Petrus scribebat, allegoria interferi soleant, quin Lectoris animus ad figuras antea præparetur? Nihil hic sanè aut allegoricum aut allegoricè speciem præferens.

Allegoriam tamen hanc idcirco fortè Petrus adhibuit, 1. Ne, ubi moraretur, indicaret; Apostolorum enim prudentiæ fuerat, ut innumeris inimicorum, quorum odia in ipsos ardebant, persecutionibus se se temerè non offerrent. 2. Quod scriberet ad Hæbræos ad fidem adductos, qui ab ineunte ætate propheticas, & figuratas phrasas audire, imò & easdem, adhibere consueverant; per Sodomam enim e. g. Urbem vitis corruptam; per Ægyptum, regionem idololatricæ deditam; per Chanaan, populum maledicto obnoxium; per Babylonem denique Urbem flagitiis addictam inducebant.

d Apoc. 14. 8. & 16. 19. & 17. 5. & 18. 2. 19. 21. e Tertull. l. 3. contr. Marcion. c. 13. Anazar & Arthas in Apoc. 17. Hieron. in Isa. 24. & 47. & lib. 2. contr. Jovin. August. Græ.

f Lutherus Babylonis nomine Romanam Ecclesiam designans, de captivitate Babylonica Librum contexit.

g Papias apud Euseb. hist. Eccl. l. 2. c. 14. seu 15. edit. Vales.

sententia, Romanorum Fideles enixis precibus S. Marcum adduxisse testatur, ut Evangelium scriberet, quod Petrus eis tum enunciaverat, cum Romam profectus Simonem Magum oppugnavit (h).

Licet verò Papias allato Epistolæ textui non faveret, faveret sanè itineri, quo Petrus Romam profectus Apostolum ibi, & Episcopum se gessit, in quo utique totus disceptationis cardo. Favet etiam testimonium Eusebii, qui Veterum, seu ipsius Papiæ, seu Clementis, quem paulò ante allegaverat, ore loquens, Romam Babylonis nomine venire testatur.

Cæterum ipse Valesius nequit, quin eos increpet, qui Romæ Petrum non fuisse defendunt; Nihil enim, inquit, in tota historia Ecclesiastica illustrius, nihil certius, atque testatius, quàm adventus Petri Apostoli in Urbem Romanam. De quo sanè adventu spectatissimæ auctoritatis testes S. Clemens Alexandrinus, Dionysius Corinthi Episcopus [i], Presbyter Cajus (k), Irenæus, Origenes, & cæteri omnes. Eos verò, addit, qui Babylonis nomen de Imperii Assyriorum (seu potius Chaldeorum) Metropoli explicant, Veterum Patrum auctoritas omnino retundit. Id enim, quod à Veterum nemine adstruitur, qua impudentiâ defenditur? Proferant illi Ecclesiæ Babylonicæ Commentarios, & sicuti nos Romæ, ita illi continuatam ejus urbis Episcoporum successionem exhibeant. Hæc Valesius.

h Vales. not. in eumd. Euseb. locum. Epistolæ allatum textum à Rufino & Musculo, eo, quo à nobis, sensu explicatum asserit. Ita omnes etiam qui in eum scripsere.

i Dionys. Epist. ad Soter. Pap. k Disceptat. advers. Proclum.

l Clem. Alex. apud Euseb. l. 2. hist. Eccl. c. 14. & 15.

m Iren. l. 3. contr. hæres.

n Dionys. Corinth. apud Euseb. lib. 2. Hist. Eccl. c. 24. seu 25.

o Apud Euseb. ibid.

p Origen tom. 3. Explan. in Genes. apud Euseb. l. 3. c. 1. Hist. Eccl.

q Tertull. de Præscript. c. 32.

S. Clemens Alexandrinus (l) in sexto Hypotyposcon, seu Institutionum Libro, divino consilio factum esse asserit, ut Simone Mago à Damone Romam deducto, & Petrus eò pergeret, ut quidquid deceptor ille struxerat, Apostolus hic everteret, & deletis errorum tenebris, lumini suo restitutam veritatem ostenderet. Irenæus, qui secundo sæculo floruit, & Apostolorum Discipulos agnovit, maximas asserit & antiquissimas à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romam fundatas, & constitutas Ecclesias (m).

S. Dionysius Corinthiorum Episcopus, ejusdem secundi sæculi Author, Petrum & Paulum Apostolos Corinthi & Romæ fidem annuississe, & Romam profectos eodem tempore Martyrium ibi consummasse, ad Romanos scribit (n). Caius Romanæ Ecclesiæ Presbyter, qui sub Pontifice Zephyrino florebat, adversus Proclum Montanistam scribens, Apostolorum Petri & Pauli, qui Romanam Ecclesiam condiderant, trophæa se posse Romæ ostendere testatur, quorum alter in Vaticano, alter secus viam Hostiensem quiescit (o).

S. Petrus, teste Origene (p), postquam Evangelium enuncians Pontum, Galatiam, Bithyniam, Cappadociam, & Asiam peragraverat, Romam tandem se contulit, ubi capite inverso, ut expetiverat, crucifixus interit.

Teste etiam pluribus in locis Tertulliano (q), Petrus Romæ constitit, Martyrium subiit, Sedem ibi constituit, & natus est Successores. Hæretici, inquit ille, edant origenes Ecclesiarum, & volvant or.

r Ibid. de Praedicationem Episcoporum suorum ita per successio- nem ab initio decurrentium, ut primus ille Vid. Scorpiac. Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Aposto- licis viris habuerit Authorem, & antecesso- rem; hoc enim modo Romanorum Ecclesia eorum. c. 5. & l. Clementem à Petro ordinatum refert. Et de Baptismo. alibi (r); Ista quàm felix Ecclesia, cui tan- s Cyprian. tam doctrinam Apostoli cum sanguine suo Epist. 55. ad profuderunt, ubi Petrus Passioni Dominica Cornel. Pap. adequatur.

S. Cyprianus (s) in Romana Ec- clesia Petri Sedem, præcipuam autho- ritatem, & Sacerdotalis unitatis centrum agnoscit: Ad Petri Cathedram, atque ad x Ambros. ser. Ecclesiam principalem, unde unitas Sacer- dotalis extorta est. Arnobius (t), Hegesip- pus (u), Ambrosius (x), Hieronymus (y), Eusebius (z), Augustinus (a); La- ciantius (b), Theodoretus [c], Paulus Orosius (d), Optatus Milevitanus [e], Epiphanius, Chrysostomus, Athanasius, Concilia, uno verbo Veteres omnes, Pe- trum Romæ sedisse, & Martyrium consum- masse, nemine refragante, docuerunt.

In ea Petri Epistolæ prima verba, Sa- lutat vos Marcus filius meus, scribit Clemens Alexandrinus, Petrum quibusdam Impera- toris Ministris Fidei mysteria explicasse, eosque Marcum Petri Discipulum enixe ro- gavisse, ut per calamum eis redderet, quod à Petri ore paulò ante acceperant (f). S. Hieronymus (*), Beda (†), Occume- nius, & vulgò Veteres omnes hujus Epi- stolæ Interpretes Babylonis nomine Ro- mam à Petro designatam docent.

Itaque neque Historicorum Ecclesiasti- corum, neque Patrum autoritates nobis adversarii objiciunt, sed silentium tantum- modò S. Scripturæ, & quædam congruentia argumenta, quorum vim majoris faciunt, quàm hunc unanimum Veterum consensum, quem utique per maximè & ipsi penderent, si eorum sententiæ faveret.

Sunt etiam ex Protestantibus, qui Petrum Romæ fuisse ultro fateantur. Pearsonius (g) à Veteribus nunquam in dubium re- vocatum asserit, vel quòd Petrus Roma- nam Ecclesiam exeret, vel quòd Pontifi- ces eidem succedant. Grotius (h), & Hammondus Babylonis nomen, de quo Petrus in sua Epistola, à Veteribus de Ro- ma semper explicatum fuisse conveniunt; quorum præterea sententiæ se adhaerere Grotius fatetur: De Babylone dissident ve- teres & novi Interpretes. Veteres Romam scripsit de his, interpretantur, ubi Petrum fuisse nemo ve- rus Christianus dubitabit. Novi Babylonem dicta sunt, in Chaldaea. Ego Veteribus assentior.

Petrum & Paulum Romæ imperante Ne- rone obisse, sicuti vulgò Veteres, ita Us- serius (i) testatur; qui præterea secundam ad Ponti, Galatiæ, Bithyniæ, & Cappa- padociæ Judæos Fideles Epistolam Romæ à Petro datam asserit, unde & primam dedisse insinuat.

Chamier (k) unanimum Patrum de Pe- tri adventu Romam consensum tanti esse fatetur, ut ei levissimè adversari neminem deceat. Romanam Ecclesiam à Petro & Paulo erectam & confirmatam Blondel- lus asserit (l); Franciscus verò Junius,

Scali & r, Casaubonus, Petrus Molinaus, Samuel Petit, Seldenus, Vedelius, & ii omnes, qui in S. Ignatii Epistolas scripse- runt, quarum una, nempe ad Romanos, hæc habet (m): Non ut Petrus & Pau- lus præcipio vobis, Petrum se Romam con- tulisse vulgò testantur. Petri martyrium Romæ consummatum aded liquet, ut Pa- tricius Junius sine temeritate in incer- tum revocari non posse fateatur. Ham- mondus verò (n), post Caji Ecclesiæ Ro- manæ Presbyteri, & Dionysii Corinthio- rum Episcopi testimonium, aded explo- ratum habet, ut nulli discrimini jure sub- esse possit.

Ludovicus Capellius [o] Babylonis nomen de Jerosolymis explicandum per conjectu- ram ducit, quòd ea Civitas post Domini mortem Viros justos violentiâ exagitant, & Christi affectas carcere afficiens, veluti in spiritalem Babylonem conversa fuerat. Novit utique is Author, quàm si sibi non cohæreant, qui Babylonem vel Chaldæa Metropolim, vel Babylonem Ægypti pro- pè magnam Cairum ad literam accipiunt; cum verò prorsus ab eorum sententiâ di- scedere nollet, alibi Babylonem constituit, Jerosolymis nempe, quò tamen tunc temporis idololatria adhuc non invaserat; imò ubi adhuc Judaicæ Religionis sedes non corruerat, cum & Apostoli ipsi, & Hebræi ad Fidem traducti ejus cæremo- nias in eadem Urbe fervarent.

Joseph Scaliger (p), Salmastius (q), D. de Marca [r], & D. Bagnagus (s) Baby- lonem à Petro designatam celeberrimam Chaldæa Urbem esse defendunt. Druhus verò in Petri secundâ, quam, sicuti & pri- mam, Babylone datam ferebant, quædam Babylonici idiomatis vestigia se deprehen- disse putat; Petrus enim (si verè Bofor pro Bofor scripserit) Balaam vocat filium Bo- for, seu ex Patriâ Bofor, pro ex Patriâ Pethor, Pbe in Beth, & Schin in Thau, vel Hain in Schin immutans.

Babylonem præterea incolis non fuisse tunc temporis desitutam, neque post Afina obitum & Anilai, aliorumque Judæorum, quos Seleucienfes interfecerunt, eadem, Judæos omnes inde egressos (t) non abuisse tuentur: Petrum insuper in Ægyptum perrexisse, & Babylonis Ægy- ptæ, & Alexandria Ecclesias constituis- se, nusquam satis ostendi perhibent, sed eum Antiochiâ in Orientem transmigra- sse, & Babylone, ubi Judæorum plurimi dege- bant, constituisse, verosimilius censent. Ad hæc, Petrus utique, refragante nemine, in Bithyniam, Galatiam, Pontum, & Cap- padociam. Evangelium intulit, quas Pro- vincias Euphrati satis proximas tum for- tè peragravit, cum Babylonem perrexit, vel inde reversus est in Syriam. Porro, veluti Pater suos filios, vel suos Neophy- tos Apostolus, earum Provinciarum Ju- dæos alloquitur, eorum tentationum me- minit, eorumque lætitiæ, vel per Episto- las, quas ab ipsis acceperat, vel per con- tubernium, quod sibi cum ipsis fuerat, de omnibus sese instructum ostendit; in hæc demùm Epistolâ primùm ad Provincias Ba-

i Uffer. ad an. Christ. 66. 67. k Chamier. Panstari. tom. 2. l. 13. c. 4. l Blondel. de Primatu & c. pag. 14. 19. & c. m S. Ignat. Ep. ad Rom. n Hammond. Dissertat. 5. de Episcopis, & Presbyteris & c. o Lud. Capell. Hist. Apostolo- rum. p Scalig. in Chron. Euseb. q Salmast. de Primatu Pon- tific. r Marca de Conco. diâ Im- perii & Sacer- dotii part. 1. l. 6. c. 1. n. 4. s Bagnag. in Continuat. Jo- seph. Vid. Joseph. Antiqu. l. 18. c. ult.

byloni propinquiores, ultimò ad remotio- res sermonem suum dirigit. Neque cur- sim tantummodò Babylonem percucurrit, sed ibidem diu constitit, cum se illius ur- bis idioma non nihil didicisse per suas Epi- stolas satis exhibeat. Hæc hujus senten- tiæ majoris momenti argumenta.

Qui verò stant pro Babylone Ægyptiâ, Chaldæa Babylonem, qua Judæi expul- si fuerant, incolis per maximè desitutam perhibent. Verùm cum Urbem, cui verè, non figuratè Babylonis nomen competat, studiose inquirant, ad Ægyptiam Babylo- nem confugiunt, ubi plurimos tum Ju- dæos constituisse, & quòd Petrum, post- quàm Fidem Alexandria enunciaverat, perrexisse defendunt. Ita fit, ut quod ab his adstruitur, ab aliis invicem evertatur. Veritas autem mediâ viâ incedens, de verâ Babylone indagandâ nil cogitatis, & mysti- cæ & allegoricam Babylonem hic desi- gnari tuetur.

Eo sanè tempore, quo datas à Petro Epistolas Judæi acceperant, Babylonis no- mine neque Chaldæorum, neque Ægyptio- rum Babylonem Judæi ipsi intelligere po- terant. Non primò Babylonem Ægypti, quam Ponti, Galatiæ, Bithyniæ, Cappa- dociæ, & Asia Judæi, ad quos hanc Epi- stolas Petrus direxerat, vel vix nove- rant, vel penitus ignorabant. Hanc Ur- bem Persæ quidam tum condidere, cum à Cambyse, qui Ægypto potitus fuerat, permisi in ea regione sibi sedem consti- tuerunt (u). Strabonis ætate, altera è tribus Romanorum Legionibus Ægypto tuenda mancipatis, in eam tamquam in ar- cem munitissimam se receperat (x). Tum seu Christianorum, seu Judæorum aliquem in eâ commorantem nusquam invenimus, & Petrum vel eò perrexisse, vel ibi prædicasse Veterum nemo unquam recensuit. De Babylonis præterea Episcopis per secula plurima perpetuum silentium. Horum primum, juxta Spanhemium (y), Cyrum agnoscimus, cujus nomen in prima Con- cilio Chalcedonensis actione occurrit. Ba- ronius verò primum vocat Zozimum, qui sæculo quinto, Justino Juniore imperan- te, ei Ecclesiæ præfuit. Illius mentio apud Sophronium. Credibile ne fuerit, Eccle- siam ab ipso Petro erectam tandiù inco- gnitam perstitisse? Si Petrus de hac ur- be ad Judæos scripsisset, per quoddam epithetum, vel per phrasim clariorem eam utique designasset; illi enim Babylonem audientes, congruum sanè fuerat, ut potiùs Magnam Chaldæa Babylonem perci- perent, urbem suis regionibus propin- quiozem, in suis Historicis frequentio- rem, & ipsorum calamitatibus celebra- rimam.

Quæ tamen olim florentissima Civitas tum, cum Petrus scriberet, ea fuerat, ut lapidum potiùs congeries, quàm Civitas videretur: In solitudinem, ait Plinius, rediit, exhausta vicinitate Seleucia, ob id con- dita à Nicamore (z). Strabo desertam fer- mè refert; Diodorus minimam ejus partem vix populo frequentatam memorat. Cajo præterea regnante, paulò ante Claudium

eius successorem, quo imperante suam hanc Petrus dedit Epistolam, Judæi Ba- bylone profugi, Seleuciam contenderant. Fatus rem narrat Josephus (a). Babylo- nis Anleo, ejusque sociis casis, Judæos invaserunt; qui se ad confingendum impa- res sentientes, Seleuciam confugerunt, ubi per quinquennium nullâ affecti sunt inju- riâ. Sexto verò anno peste in Babylonem grassante, Judæorum reliqui, qui deinde adhuc non discesserant, Seleuciam & ipsi commigrarunt, ubi omnium pessima eos obruit calamitas. Græci enim & Syri ur- bis incolæ malè inter se diu convenientes, eâ lege pacem & amicitiam pepigerunt, ut Judæos omnes perderent; quare eos ex improvviso aggressi, supra quinquaginta vi- rorum millia interfecerunt. Si verò qui- bus à Seleucia, & Babylonis, utraque enim in eorum perniciem conspiraverat, eadè evadere contigit, Neerææ, & Nisibi præ cæteris urbibus tutiores se rati, eò con- venire. Hæc utique circumstantia minime iis favent, qui Petrum tunc temporis Ba- bylone commorantem, ibique florentem Fidei Ecclesiam statuunt.

Præterea quod Petrus Euphratem traje- cerit, aut Babylone constitit, neque Scriptura, neque Ecclesiastica Historia usquam meminerunt. Cur igitur nullo innixi argumento rem tanti momenti as- seramus? Quare ab unanimi Patrum & Interpretum, Babylonis nomen de Româ explicantium, consensu discesserimus? Ju- dæi, ad quos Petrus scripsit, neque de Chal- dæa neque de Ægypti Babylone id accipere poterant; quin, ut ostendimus, congruum erat, allegoricè sumerent, & de Româ explicarent, quam, utpote flagitiis deditam, Justis infensam, & idololatriæ sedem, Ba- byloni simillimam agnoscebant.

Locus sanè, de quo hic agimus, ex iis minimè fuerit, quorum sentus, quòd res intellectuales, & à Lectorum plerisque neglectas afficiat, per plura sæcula vagus & incertus oberrat. Quicumque, hunc vel audiant, vel perlegant, illicò percipere appetunt, an allegoricè an verò ad lite- ram sit explicandus. An Petrus verè Ba- bylone constitit, seu Româ hanc Episto- lam scribens, eandem urbem per phrasim allegoricam designaverit, non petiti mo- dò, sed & rudiores indagassent; quare ubi semel rem tenuissent, fieri sanè non poterat, ut eandem per oblivionem de- perderent. Quis verò inter Veteres vel mi- nimum eâ de re discrimen memorat? Quis Babylonem de altera urbe, præterquam de Româ, hic explicat? Nos ipsi, si Epistolam perlegamus, nonne statim Babylonis no- mine Romam percipimus? Ex quibus om- nibus illud sanè fit, ut hæc habenda sit traditio, quam ab ipsis Apostolis, & ab eorum Discipulis derivamus, & cui Re- centiores & argumentis, & autoritate desituti, nullo jure possunt adversari. Præ- terea eorum non de levissima quadam cir- cumstantiâ, sed de potissimâ ipsius rei dif- ficultate diffidium sententiam hanc incer- tam omninò præfert, & prorsus evertit. Olim, ut paulò ante ostendimus, non con- ve-

a Joseph. An- tiqu. l. 18. c. uli. u Joseph. An- tiqu. l. 2. c. 5. x Strabo l. 17. y Spanhem. Dissert. De te- mere creditâ Petri in ur- bem Romam profectioem art. 4. z Plin. l. 6. c. 26.